# INCIPIT PROLOGUS LUCE

LUCAS SYRUS ANTIOCENSIS ARTE
medicus. discipulus apostolorum. postea paulum usque ad
confessionem eius serviens domino sine crimine. Nam neque uxorem
umquam habens. neque filios. LXX et IIII. annorum obiit in bithi
nia plenus spiritu sancto. Qui cum iam scripta essent evangelia.
per matheum quidem in iudea. per marcum autem in italia. sancto insti
gante spiritu. in achaie partibus hoc scripsit evangelium.
Significans etiam ipse in principio ante alia esse descripta.
cui extra ea que ordo evangelice dispositionis exposcit.
ea maxime necessitas laboris fuit. ut primum grecis
fidelibus omni prophetatione venturi in carnem dei christi
manifesta humanitas. ne iudaicis fabulis attenti in
solo legis desiderio tenerentur. neu hereticis fabulis
et stultis sollicitationibus seducti. excederent a veritate.
elaborarent dehinc ut in principio evangelii iohannis
nativitate presumpta. cui evangelium scriberet et in quo
electus scriberet indicaret. contestans in se completa
esse. que essent ab aliis inchoata. Cui ideo post baptismum
filii dei a perfectione generationis in christo complete. repe
tende a principio nativitatis humane potestas permissa
est. ut requirentibus demonstraret in quo apprehendens
erat per nathan filium introitum recurrentis in deum generati

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_49/0145
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG